



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEII, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Pietatis opera publicè per eum instituta. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

INTER ipsam Societatis administra-
tionem, cui potissimum inferuiebat, nō
exiguam partem curarum alijs quoque
rebus impertijt, atque ijs maxime, quæ
ad salutem & commodum populi, atque
ad splendorem ac dignitatem sanctæ Ro-
mænæ Ecclesiæ pertinerent. De curan-
dis agrotis, & poenitentiae sacramento, Innocentij ter-
tij Papæ lex est: Aegrotos nisi peccata ritè confessos,
à prima inspectione medici neve adeunto, neve curan-
to. Ea lex cum ipsa desuetudine propemodum antiqua-
ta esset, perfecit Ignatius vt salutaris illa consuetudo,
longo intervallo reuocaretur; visendi tamen spatio in
alteram vsque vicem extracto: qua moderatione videli-
cet, simul & publicæ existimationi, & singulorum ani-
mis corporibusque consultum est. Mulierculas à mari-
tis cum pudicitiae capitisve periculo dissidentes, matro-
nis ditioribus in officio continendas ac sustentandas di-
videre consueverat: sed cum crederet numerus; ne cui
gravior esset impensa, locum ijsdem recipiendis alen-
disque publicè parare constituit; suumque consilium
impertijt primoribus ciuitatis, quibus rem ita proban-
tibus, vt nemo tamen se profiteri vellet tam gloriosi o-
peris principem, hanc rationem Ignatius iniijt rei ad exi-
tum perducendæ. Ex area templi nostri Petrus Codatius
procurator lapides ingentes effoderat, cuiusmodi multi
minis veteribus continentur. hos igitur lapides, in mag-
na rei familiaris inopia vendi, & summam ex ijs confici
eureorum centum Ignatius imperauit: eam pecuniam
eum ad opus inchoandum primus in medio posuisset,
tantum reliquis ardorem iniecit (insita mortalibus na-
tura propere sequendi quæ inchoare piguit) vt ex vo-
luntaria collatione institutum sit cœnobium, quo eius
generis fœminæ sese reciperent; ibique securæ tamdiu
resisterent, quoad compositis controuersijs in gra-
tiana
ff

tiam cum maritis redirent: atque idcirco exorbire
 supra diximus) Male nuptiarum vulgo popularum
 Ad eius autem loci custodiam atque administrationem
 Ignatius piorum hominum sodalitates instituit
 denti sane consilio. Etenim in communem tutelam
 tentus, ne vno dumtaxat munere implicaretur
 ut quodque opus absoluerat, confestim ad aliam
 curationem certis atque idoneis hominibus translatam
 ipse animum & cogitationem ad alia doctorum
 lia transferebat. Parthenone etiam sancti Catharinae
 Funarijs vel à Rosa cognomē est, Ignatius de
 quo in Parthenone puellae forma eleganter
 citia periclitaretur ob angustias rei famulae
 praefectum diligentia conquisit, in eam
 potestate, si res exigat, è complexu pueri
 hodie ad centum & quinquaginta
 testimonialium foeminarum disciplina, pro
 impensa educantur: eademque simul
 est, vel perpetuae religioni & castitati
 crant; vel idoneis viris dantur nupti
 dibus persoluta. Nō minus laudabile
 plurimi bonae interdū indolis pueri
 be plena peregrinis & aduenis, deficiente
 bus, miserandum in modū per plateas
 nudi & egentes errarent; utriusque
 luti, eodem Ignatio suadente, prouidentia
 tempore duabus in aedibus, hoc est
 quiro, & sanctorum quattuor Coronatorum
 seorsum ac foeminae, & gratis aluntur
 Christianae fidei, ac partim litterarum, partim
 cessarijs ad usum reipublicae artibus
 buuntur. Vtriusque autem sexus
 numerus capitum amplius ducentorum
 praeter domesticas exercitationes, &
 prosequenda psallentes & candidae
 adoleuerint, vel maritantur. Quorum
 num collegia sese conferunt. Quorum
 lim in patria sua perfecerat, idiplum

litus est: ut ulcerosi ac mendici per compita miserè qui-
rantes, vnum in locum coacti, publica impensa ex cen-
su & collationibus alerentur. eamque rem ingenti ci-
uitatis approbatione ad exitum perduxisset, ni pauci
potentes nescio quo spiritu impulsì, huic tam præcla-
ræ actioni obstitissent. Ad hæc, è quicquilijs Hebræ-
orum si cuipiam Euangelij lumen affulserat, hunc
hospitio confestim acceptum Ignatius pro sua tenui-
tate liberaliter ac benignè tractabat, quoad Christianis
præceptionibus eruditus baptismatis fonte renascere-
tur, neque à procurandis neophytorum commodis
ante destitit, quàm ex auctoritate summi Pontificis
ædes paratæ sunt, quas Catechumenorum appellant:
quibus in ædibus hodie masculos seorsum ac fœmi-
nas, cum aliorum tum præcipuè Gregorij XIII.
Pontificis maximi munificentia largè sustentat. at-
que etiam (quod expressius caritatis argumentum est)
baptizati ex eo loco non ante mittuntur, quàm aut
litterarum præsidio quas interim edocentur, aut artis
cuiuspiam, necessaria sibi in reliquam vitam adiu-
menta parauerint. quo pietatis officio multi ex eadem
sesta permoti, magno bonorum gaudio, sese quotan-
tis ad Christum adiungunt. Illud verò optimum, quòd
ad Catholicæ fidei reliquias in Septentrionali plaga fo-
rudas, augendasque, auctore atque adiutore in primis
Iohanne Morono Cardinali amplissimo, Seminariū ele-
ctorum in Vrbe condidit, dato negotio nostris homi-
nibus, qui conquisitos bonæ indolis adolescentes Romæ
ex iisdem regionibus mitterent, atque id Seminarium, siue
collegium Germanicum, ut appellant, acerbissimis dein
detempstatibus, ingenti labore ac perseverantia tu-
tus Ignatius est; præstantissimis è tota Societate do-
ctoribus ad eam iuventutem & litteris & moribus insti-
tuendam adhibitis. quòd opus & Ecclesiæ Romanæ or-
dini hodie vel maximè constat, cum in eius pane colla-
tationem & amplificationem, idem Gregorius
pro sua præcipua in eas nationes clementia & vo-
luntate

luntate vehementer incubuit. Nec solummodo operam
sed cæterarum quoque gentium pacem & concordiam, in
Ignatius, pijs ac liberalibus disciplinis turbando, rati,
vnam expeditissimam emendandi generis humani que eos
nem ducebat esse) per se suosque admodum de re tem-
no suscepit: atque ob id ipsum, gymnasia, scholasque ab
infimi ac summi gratis erudirentur, ac bene in doctrinam
sed etiam toto pæne terrarum orbe circumfusus, non
adhibita cura, ut ne quid professores non, parum magis
cutum & plausibile afferrent peregrini vellemus, ut
tis, nedum ab orthodoxa fide abhorrentes, sed etiam M
gulis quæstionibus celeberrima quæque de pietate Lulli
ma doctorum placita sequerentur.

Quadam de Ignatio mira. Cæ. III.



RAETER ea que Ignatius
bris Ignatio diuina ac
mus, non pauca de eius
prædicantur: quædam
hoc loco exponere
conversione, Hiero-
dum Barcinone transi-
stat, interea diuinam rem, sacras con-
gionis officia quam accuratissime
Accidit autem aliquando, ut cum in
Dei audiret: conspicata hominem
peregrini habitu forei plebis immixtum
sit eius caput ac faciem eximio quodam
dentem, idque tanta sua cum animi
quam inuita ac repugnans modeste
eo aspectu oculos nulla ratione pol-
concione dimissa, nihil ei fuit antiqui-
ti permissu, peregrinum per idoneos
conquisitum hospitio acciperet. qui
percunctantibus illis, quis aut curaret
Hierosolymam dixit, neque de se ipso
didit: verum enim vero sermonem de
stituens, omnes qui aderant, celesti quæ-